



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 94. Joannes Christianus Augustus Holsatiæ Dux ad fidem Catholicam
reversus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. A C. 1705. sumpserint, hinc Pontifex datis die
 octava Augusti literis Ceutæ Episcopum Inquisitorem Generalem serio admonuit, ut facultates sibi a Sede Apostolica concessas strenue tueatur, sciatque cuncta adversus suum officium supremamque sanctæ Sedis auctoritatem quovis modo hucusque attentata attentanda ipso jure nulla & irrita esse. Denique Pontifex die decima octava Maij Cardinalibus in secreto, ut vocant, Consistorio Leopoldi Cæsaris mortem denuntians, eos hortabatur, ut ipsius animam precibus, aliisque Ecclesiæ suffragiis celerius juvarent, quævis enim, agebat, eximia ejus in Deum pietas, in homines comitas & clementia, ceteræque illius egregiæ virtutes, animi purissimum & in prosperis moderatio, & in adversis miraplant constantia sperare faciunt eum e terreno ad cæleste Regnum fuisse translatum, quia tamen, qui aliis præsumunt, citius judicandos esse scimus, hinc urgemus, ut sacrificiis, orationibus, defuncti Principis animæ solatium comparemus &c.

§. XCIV.

Joannes Christianus Augustus Holsatiæ Dux ad fidem Catholicam reversus.

Hoc item anno Joannes Christianus Sæc. XVII.
 Augustus Holfatiæ Dux orthodoxæ A. C. 1705.
 Religionis veritatem, quam miserente
 Domino meruit agnoscere, alacri etiam *Epist. Clem.*
 invicto animo complexus est, atque *XI. p. 289.*
 in gremium veræ Ecclesiæ rejecto er-
 rore sese recepit: Hujus Principis con-
 versionem summus Pontifex in sua ad Jo-
 sephum Imperatorem epistola plurimum
 vel eo nomine commendabat, quod hic
 Dux adeo terrena flocci habuerit, ut
 si a præclaro Militiæ loco, quem in Aca-
 tholicorum copiis obtinet, sibi propterea
 cadendum sit, prout timere est, vel si bona,
 ac fortunæ, quæ a Matre id inique ferente
 subtrahi jam cœperunt, amittenda sint, cer-
 tum sibi sit, a tam salutari proposito non
 resilire, in quo adeo non nutat, aut hæret
 animo, ut imo assiduis pietatis operibus, &
 Sacramentorum frequentia vocationem suam
 certam facere, & semper magis satagat
 comprobare.

Quapropter Pontifex eundem præ-
 fato Cæsari enixe commendabat.

§. XCV.

*Variae Sacrarum Congregationum de-
 cisiones & decreta.*

Paucas ex SS. Congregationum deci- *Decis. SS.*
 sionibus huc referre haud inutile *Congr. Ep.*
 erit; igitur die decima sexta Maij Sacra *Rit. &c.*

Z 4

Epi-